Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



120

Exibit homo ad opus suum & ad operationem
suam usque ad uesperam.
Quam magnificata sunt opera tua dne. oma in
sapientia fecisti impleta e terra possessione tua.
Hoc mare magnum & spaciosu manibus:
illic reptilia quorum non est numerus.
Animalia pusilla cum magnis. illic naues per-
transibunt.
Draco iste quem formasti ad illudendu ei. oma
a te expectant. ut des illis escam in tempore.
Dante te illis colligent. aperiente te manu tuam.
omnia: implebuntur bonitate.
Auertente autem te facie turbabunt. auferes spm
eorum & deficient. & in pulueres suu reuertentur.
Emittes spm tuum & creabuntur. & renouabis
faciem terrae.
Sit gloria dni in saeculum. laetabitur dns in
operibus suis.